N° 4

Anno Millesimo Septingentesimo Decimo Nono die quarta Mensis Februarij comparuit coram meo Secretariatus Regii et Notariatus Publici Officio Nobilis Hinricus Mejer Regius noviter constitutus Postarum Magister Mitaviensis, pluribus inferendo, quatenus instrumenta quaedam Varsavia sibi missa, et ut eadem M: Magnificis et G: Generosis Consiliariis Supremis Regentibus insinuaret commendata essent. Cum igitur die hodierna instrumenta illa insinuare vellet; ideo personam et officium meum requireret, ut secum ad Supremos Consiliarios Regentes vaderem viderem atq audirem, quale responsum laturus sit; ut postea circa omnia, qua optingerent, testimoniales sibi dare possem, praeprimis cum una et Regium Constitutorium, quo in Mitaviensem Postarum Magistrum à Serenissima Regia Majestate creatus esset, in copia vidimata producere atq pro meliori eorum informatione juxta mandatum insinuare. Cum itaq requisitioni huic deesse nequiens cum Nobili Requirente in Collegium praefatorum Supremorum Consiliariorum Regentium intravi, statim et necdum recluso ostio M: Magnifici ac G: Generosi Cancellarius et Landmarschallus mihi acclamantes recedere me jusserunt, et reponenti, quod requisitionem Mejeri adessem, regesserunt, esse, quod occluso rotulo et non nisi privatim cum dicto Mejero, tanquam servitoro suo, colloqui

vellent

vellent, quare, Requirente præsertim nihil ad id inferente, discessi: sed paulo post me revocari mandarunt: ubi tum prædi=mentionati Cancellarius et Landmare=schalus /: Landhoffmeisterus enim et Ober=burggravius toto tempore nec quicquam locuti sunt :/ Facto ad me alloquio exposuerunt, quatenus ipsis ignotum fuerit cur Mesenum comitarer, nunc vero intellecta re permittere se, ut actui interessem ubi tum Nobilis Requirens supra fata instrumenta, ut (1) universales intimatoria Juridica Curlandica (2) tria citationum exemplaria ejusdem tenoris pro Ducissis et Principissis Exteris (3.) Responsum Regium ad instructionem Generosi Capitanei Sackÿ, (4.) Rescriptum Regium ad G. G. Consiliarios Supremos Regentes et universum ordinem Equestrem (5.) duo Citationum exemplaria pro Generosis Consiliariis Supremis Landhofmagistro de Brincken et Cancellario Keiserling porrexit, producto exhibito insimul suo in Postmagistrum Regium Mitaviensem constitutorio. quo nominati Supremi Consiliarii Cancellarius et Landmarschallus viso, se, inquiunt, Regiæ constitutioni refragari haut posse nec velle, sed potius eam respectu, quo par esset, venerari, interim Sacæ Ræ Mti humillima devotione remonstraturos esse, novum hoc et inde a pactis subjectionis in auditum

emergens

emergens contra consuetudines et
jura patriae tendere atq ideo in detri-
mentum et dispendium domus Ducalis
vergere: quare Mejerum ut autorem
hujus attentati ~~computet haut latiori~~
quod ~~ejusmodi~~ impertinentia molimina
temeritate facinorosa Sacrae Regiae Mti
suaserit atq persuaserit, quamquam
se minime credere posse, Sacram
Regiam Majestatem quicquam
hac de re scire. vel sollicitam esse.
Qua de re Requirenti Mejero testi-
moniales in forma probante nempe
appresso Secretariatus Regii et
Notariatus Publici Sigillo et re-
cepta manus mea subscriptione
hisce extrad[...] Actum Mitaviae
ut Sup[...]

Balthasar Grzywicki
Secrs. Reg. et Not. Publ.

Curlandica